



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 23. Successus Pontificii mandati contra Sinenses Ritus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

nestos mores, sedulitatem, patientiam, ac Sæc. XVIII.
 imprimis illibatam fidem longo triginta sex A. C. 1715.
 annorum contubernio probavimus. Hic
 solus die sexta Maij Cardinalium nu-
 mero accensebatur. IV. Innicus Car-
 racciolus Lucernaensis Nuntius Presby-
 ter Cardinalis tit. S. Thomæ in Parione.

§. XXIII.

*Successus Pontificii mandati contra
 Sinenses Ritus.*

Postquam fama de Pontificis Consti-
 tutione contra Sinenses Ritus anno Deeinem hist. Eccl. sect. I. S. 7.
 hujus sæculi decimo edita in Sinarum Hist. Cont. Chron. p. 44.
 Imperium pervolaverat, ex præcipuis Abregé Chronol. pag. 522.
 horum Rituum defensoribus, quorum Relat. Abregé fol. 392.
 auctoritas apud Sinarum Imperatorem
 erat summa, eundem supplices adiere,
 ut Pontificis literas, utpote totius Na-
 tionis legibus & consuetudinibus con-
 trarias recipi, Regio edicto prohibere
 vellet: nec his contenti, insuper Ro-
 mam ad ipsum Pontificem perscripsere,
 quod ipsi Pontificia decreta contra hosce
 ritus executioni dare præpedirentur,
 repugnante ipso Imperatore, atque ex
 literatorum lecta præcipuis juxta ac
 potentissimis, proin nil consultius fo-
 ret, quam totius rei controversiam
 Consilio & Orientalium Episcoporum,
 utpote de causæ meritis probe instru-
 ctorum

Sæc. XVIII. A. C. 1715. Castorum iudicio relinquere: nihilominus tamen Peckinensis Episcopus, qui Linzingteori morabatur, quamprimum præfatam Pontificis Bullam exeunte anno hujus sæculi decimo tertio receperat, mox Mense Januario per Carolum Castoranum suum Vicarium Generalem refractariis hisce Missionariis Pontificis mandatum insinuabat. Hic quidem ad frangendam eorum duritiam cunctos submissæ eloquentiæ fontes exhauriebat; summa tamen arrogantia eum repulere Rituum prohibitorum Assertores, atque inter eos Gozani Jesuitarum Visitator Missionarius inhibuit, ne Pontificis decreto obedi-
rent, donec nova decisio Roma afferretur, ceteri vero Castorano minitabantur, quod illum, si Papæ decretum promulgare auderet, apud Imperatorem denuntiaturi essent. Eapropter Castoranus re infecta reverti cogebatur. Magis prospera nuntiabantur ex Japonia, cujus Imperator nomine Quam-
rursus Missionarios Catholicos admisit

§. XXIV.

*Salutare decretum Cæsaris contra
Protestantes.*

Hist. cont. *Chron. p. 35.* Hoc item anno Carolus VI. Imperator die quarta Septembris ad Imperium